

est animaversum, Deiparam imagine dicta expressam, velut iratae mulieris similem avertisse vultum, ac nullum Anatolii precibus tribuisse locum, quasi blasphemum et execrabilem hominem prostratus aversaretur. Sed et eadem imago aliis in urbe piis eodem tempore per visum oblata est, multis in eo tandem conspirantibus, ut Anatolii tum in Mariam, tum in Christum ipsum valde contumeliosiora horrenda impietas publice vindicaretur. Proinde visum est omnibus hanc facinorosum, ac impium e medio tollere, qui bestiis expositus, ab iisque devoratus fuit, lupis etiam inaudita crudelitate in mortuum grassantibus, quoniam rapaces bestiae cadaver impii delirare, rapere, atque discernere voluerunt. Haec veteris miraculorum loco habuerunt, ac velut divini iudicii certa testimonia reputant, e quibus perspicue constat, Mariomastigas non impune peccare, honorem vero ss. Virginis Deo esse curae, utpote qui eius iniuriam gravissime vindicet, ac vicissim piis eiusdem cultores multis magnisque muneribus libentissime prosequatur. Unde Nicephorus, postquam primum a nobis recitatum exemplum de punitis Mariomastigis produxisset, significanter adiunxit, eodem tempore multos, qui hoc audissent miraculum, laudes Deo decantasse, ac Matrem Domini celebrasse, quae ita semper Christianorum genus laetetur, quaeque novo quodam modo affectionem erga nos suam, quamvis praeter naturam eius sit, ut quempiam punit, vi quadam adacta ostenderit, ut scilicet religio nobis stabilis, et firma esset.

## §. CLXXXIX.

Quanto dissimilior Magdeburgensis Udo fuit, qui et ipse ad studia plumbens, cum nihil omnino proficere, suisque condiscipulis partim ridendum, partim se praebere ad miserandum, hanc eandem benignitatis arcam precibus aperuit, et ingenium, quo carebat, cum lacrymis poposcit a Virgine. Gementi, seque afflictanti divina Mater, non solum, quod petebat ingenium, sed suae etiam urbis episcopatum pollicetur, caveret tamen, ne duplicati beneficii immemor, a recto virtutis tramite declinaret, ac flagitiosae vitae se dederet, id enim non impune laturum. Ex hoc tempore tam beneficiam puer Udo Dei Matrem expertus est, ut ad magnam ingenii, doctrinaeque laudem, non sine sociorum, civiumque suorum admiratione pervenerit. Neque solum eruditionem, ac scientiam, sed etiam Pontificiam dignitatem, ut erat a Virgine promissum, praedictumque, consequitur. Unde ingenii celebritatem, Pontificiam titulum, ac Deiparae dona pessum dedit, tantisque muneribus ingratus, Episcopali abusus potestate, contra quam Virgo tanto ante monuerat, turpissimum se flagitiosum inquinavit. Igitur, cum beatissimae Virginis, et donorum, et monitorum oblitus, peccandi nullum finem faceret, in gravissimum Dei iudicium incidit, horrendoque mortis genere turpissimum vilam terminavit. Necis historiam, qua a concubinae

complexu avulsus, in templum, Deo praesidente, multisque coelitus antantibus, tractus, damnatusque, et gladio iugulatus esse dicitur, daemonibusque traditus, qui praeda exultantes, sceleratissimi Pontificis animam in inferos demerserunt, variisque ludibriis affecerunt, narrat Bredembachius, aliique scriptores minime contemendi.

## §. CLXXX.

Tilmannus Bredembachius (*lib. 3. sac. coll. cap. 22*) haec refert: Circa annum Dominicæ Incarnationis 1577, cum passim in toto pene Belgio Leonomachi in templa, et imagines irruere coepissent, contigit in celebri quodam pago, Lokeren appellato, quatuor milliaribus a Gandavo dissito, quendam b. Virginis Deiparae statuam invadere, ac demoliri; cumque magno labore talem imaginem luxasset, decidens illa, sui ipsius casu vindictam infudit Leonomacho: nam casus iste imaginis nutu divino sic accidit, ut puellus ille Christus Dominus, quem Virgo mater unius gestabat, quantumcumque antea blandulus, nunc ultrici manu, quam arte sculptoris protensam habebat, recta in caput, ipsamque maxillam Iconomachi impingeret, eandemque velut armilla quadam acuta perforaret; sicut de Leviathan apud Job legimus, Job (*cap. 40. et Psal. 31*): *In chano, et freno maxillas eorum confringe, qui non approxinant ad te. Quamquam hic animo praeposito nimis approxinaverit, historia ab oculatis, et fide dignis testibus in consensu honoratorum virorum nobis relata est.*

## §. CLXXXI.

Thomas Costus (*in addit. ad compend. histor. Regn. Neapol. post lib. 6. annot. 131*), cui consensit Marianus (*lib. 21. de reb. Hispan. c. 13*) sic narrat: Quanta reverentia sanctorum templa, praesertim Deiparae in bellis etiam iustis, ab omni militari iniuria, et bellica profanatione sint custodienda, sequens exemplum aperte declarat. Cum Alphonsus, qui primus ex Aragoniis a Ioanna Secunda regina Neapolitana in filium adoptatus, Neapolitanum regnum est adeptus, cum Renato Andegavensi de regni possessione armis contenderet, eaque de causa anno 1439. Neapolim, quam Renatus obtinebat, terra, marique obsideret, Petrus Aragonius Alphonsi frater totius exercitus dux, eam civitatem multis in locis, sed praesertim murum illum civilis prope templum b. Virginis de Carmelo ad portam urbis, vulgo a mercato dictam, aeneis tormentis quatibet. Prostrato muro, qui Carmelitanum templum obtegebat, ingressus quidam globus displosus eius templi absidem perfrumpsit, caput statuae Christi Domini nostri e cruce pendens, quae super trabem in media templi testudine collocata erat, recta petiit; cuius ictum statua ipsa caput de-

mittendo insigni miraculo declinavit: quare ingenti absidis concussione, et terrifico pilae fragore, exciti patres Carmelitae, aliqui cives monasterii custodiae deputati accurrunt, tantumque miraculum conspicati, sacram Crucifixi effigiem ad tutiorem locum transferre frustra sunt conati: eam enim neutquam movere poterunt; caput vero sacrae Crucifixi statae in hodiernum usque diem aliquantulum solito depressus visitur: pila item illa ad miraculi monumentum in templo asservatur, tabella exposita, quae totius rei gestae narrationem continet. In sequenti vero die, qui teste Mariana erat 23. Octobris, et in feriam sextam incidit, cum idem Petras ad vallum, aggeremque, ubi aenea tormenta ad quatiendam urbem collocata erant, advenisset, iuberetque nobis verberationem versus eandem partem reintegrari, et divae Mariae Carmelitanæ templo, inquit Mariana, tormento percussus occubuit, pila tertio ad terram illisa quarto ictu caput eius comminuit; sic ille. Quo audito Alphonsus, fratris nece moestus, iustam tamen Dei punitionem agnoscentes, testatus est se, cum Crucifixi miraculum, quod pridie venerat, et transfuga cognovisset, Petrum fratrem eodem, quo interit die, sedulo monuisse, ne versus Carmelitarum Deiparae templum tormenta displodi iuberet; Petrum vero ad hoc nullum sibi responsum dedisse, sed malo suo eandem verberationem rursum tentare voluisse. Ad haec tanta est inebrium magitudo, ut obsidio solvenda fuerit. Alphonsus vero hoc Crucifixi miraculo adeo est pernotus, ut cum triennio exacto, Neapolis in eius potestatem venisset, postredie ad templum Deiparae Carmelitanum adierit, ut sacram Crucifixi imaginem pie veneraret. Quod et deinceps crebro facilitavit; haec Thomas Costus. Quam Crucifixi imaginem etsi Mariana non refert, necem tamen Petri miraculo tribuat, his verbis scribit. Vulgus militum, sed et populi multitudo, Petri caedem in religione verebatur: praesertim continuis imbribus oppugnatione impedita, soluta obsidione, Capnam discussum; haec Mariana.

## §. CLXXXII.

In via publica prope s. Anastasiam, id est oppidum Nolanae dioecesis ad civitatem Vesuvium spectans, quod inter Nolam, ac Neapolim sex passuum millibus aequa distantia interficiat, situm ad Vesuvii montis radices, Bammaram, cinerisque eruptione, ac Plinii interitu maxime celebris, erat angustum, ac tenue sacellum in campestri loco antiquitus extractum, cui nomen vulgo sancta Maria ab Arcu, sic dicta a fornice, ad cuius laevam in pariete erat liquidis expressa coloribus Deiparae imago, puerum Iesum inter brachia gestantis, quae quamvis nullo olim clericorum perpetuo servitio coheretur, illustrata certe divinitus est nobilissimo miraculo, quod finitimus populus ad pietatem novumque sacellum excitavit. Enimvero centesimo fere ab hinc anno, cum in ea vicinia ludum aliqui

luderent, quo lignei globi trade item ligneo circumaguntur in plano, ac subinde triduntur, impius quidam, et procietae audaciae, quod pecuniae iacturam faceret in ludo, die, quae sacratissimum resurrectionis Domini Pascha proxime sequitur, arreptam, qua ludebat, pilam, irato, inensoque animo, in depictae Deiparae faciem sacrilega manu contorsit, eiusque sinistram percussit geavam: inde repente sanguis miraculose dimanavit; cuius represso fluxu sanguinei coloris impressa cicatrix divinitus remansit in facie. Verum exemplo impius percussor immobilis factus, eodem in loco in sceleris poenam, Iudicis sententia infelici arbori cum lusoriis instrumentis suspensus interit: tunc vero perspicua mirabili novitate commota vicinia est, ad novam Deiparae pietatem tunc aucta celebritas: nam eadem feria secunda Paschalis, eo in loco decreta est solemnitas, quae ad insensentis usque miracula temporis perduravit; quin etiam ad posteritatis monumentum reum ex arbore suspensum cum lusoriis instrumentis, in veteris aedicalae pariete quadam inscriptione notatum, coloribus expresserunt, quam nos ipsi longo intervallo ex eodem semidituro, exscriptimus; quia vero prae nimia velustate voculae sunt obscuratae, ideo illam hic apponere omisimus. Mirabilis Deus in sanctis suis, quanto magis in Matre sua, quam cum quidam diabolica investigatione lusor pile percussisset in faciem, repente immobilis factus, a curia deprehensus, et ex arbore suspensus fuit.

## §. CLXXXIII.

Vincencius Beluacensis (*lib. 7. specul. histor. cap. 110*) haec narrat, quae omnia oculis se vidisse testatur, his verbis: Iuxta Castrum Rodulphi est quaedam Abbatia, quae Dulis vocatur, super quadam columnam ecclesiae Ipsius est imago lapidea ad honorem b. Mariae Virginis sculpta, ad quam cum quaedam pauperula mulier veniret orandi gratia, aderant ibi in atrio duo Barbariones, qui improperantes mulieri imaginem blasphemabant: unus eam lapides ad imaginem proficiens, uno lapide percussit, et confrexit brachium pueri Iesu; et cum manus illa lapidea cecidisset, exierunt guttae sanguinis e brachio, ac si esset hominis vivens, staltique in eodem loco ille, qui lapidem procieterat, expiravit; alter vero cum vellet morientem inter brachia sua colligere, ut ei aliquod praebere aditorium, statim arreptus est a daemonio, et insequantis die defunctus est. Eodem etiam sequenti die cum turba multa conveniret, ut imaginem, et sanguinem de lapide fluxum videret, ipsis videntibus, ipsa imago scidit vestimenta sua, scilicet ornatum, qui circa eam erat lapideum, et collum suum, quod confirmatum erat molli lapideo, et pectus deavavit usque ad mammillas propter ignominiam, et iniuriam, quae illata fuerat sibi, et parvulo suo. Hoc contigit ann. Dom. 1187. tempore, quo beluacum erat inter Philippum regem Francorum,

et Henricum regem Angliae, altero constituto apud Castrum Dolis cum exercitibus suis. Et ego, qui scripsi, sanguinem illum vidi oculis meis, et imaginem nodalam, ac vestimentum revulsam. Qui autem viderunt eam ante pertrahentia miracula, testantur, quod erat prius rubicunda, et bene colorata; modo stat tantquam exanguis, et pallida. ibi pro certo caeci illuminantur, claudi curantur, et fiunt miracula; haec Vincentius.

## §. CLXXXIV.

Ex libro de viris illustribus Ordinis Cisterciensis, et refertur (in *speculo exemplorum num. 43. distinction. 3.*), et Vincentius Beluacensis (lib. 7. *specul. histor. cap. 104.*) affirmat, hoc evenisse apud Lassium. Caesarius (lib. 7. c. 44): Quidam blasphemus cum in ludo perderet, satanico furore percitus, ubi omnia Christi membra, tam externa, quam interna per ordinem nimia temeritate iurasset, sanctissimae Dei Genitricis membra omnia singillatim iurare coepit, iis, qui aderant, prae horrore aures obstruentibus. Sed repente invisibili, et quasi fulmineo ictu percussus corruit, et diu palpilians, et mortiferos gemitus edens, sacrilegam animam efflavit, in cuius dorso inventa est plaga recens, et intus dehiscentes, ita ut infima cordis, hepatis, et pulmonis apparent. Multis vero ad horribile hoc spectaculum confluentibus, uni eorum quidam olim defunctus, apparens dixit, Christum Dominum Genitricis suae iniurias citius punire, aut si in posterum reservat, eas acerbius castigare.

## §. CLXXXV.

Evagrius (lib. 1. *histor. cap. 7.*) ex narratione quadam ab ipso Nestorio conscripta se accepisse testatur, ac narratur in hunc modum: Nestorius ex Suida, nepos Pauli Samosatani nefarii haeresiarcae, Episcopus Constantin. excedendae haeresis et ipse auctor, quippe qui duas in Christo personas ponebat, ideo filium Virginis tantum hominem esse dicebat, sanctissimam vero Virginem negabat esse Dei Genitricem, cuius blasphemias sac. Conc. universale Ephesinum, anno salutis 431, sub Coelestino I. damnavit, eumque Episcopali dignitate privavit: cumque adhuc obstinato animo suae haeresi adhaereret, edicto Theodosii Imperatoris in Oasim alio nomine Ithim, quae est in Aegypto provincia, deportatur. Verum ea Nomadum multitudine in eam irrupente capta, ignique, et caedibus funditus vastata a barbaris, demissus, cum quibusdam captivis venit Panopolim, unde ad regionem quamdam Elechantiam nomine, ad extremam oram provinciae Thebaidis sitam, permittes inssu Praesidis deductus est; quo, cum itineris longitudine fractus, pervenisset, iterum magno cum labore Panopolim reverti iubetur, rursus a Panopoli ad quoddam illius confinium tradu-

citur; inde etiam demigrare cogitur. De interitu vero eius haec subiicit. Ipse equidem accepi a scriplore quodam modum, quo decessit e vita, fuisse talem, nimirum eius linguam verbibus exesam esse, etae sempiterna migrasse; haec Evagrius. Addit Theodorus lector in Collecta, totum eius corpus patredine fuisse consumptum: et Cedrenus in Theodosio minore ait cum lingua totum eius computruisse corpus. Et haec quidem de Nestorii in Deiparam blasphemii miserabili interitu. Quod si quis nosse cupiat, quibus tormentis eius anima apud inferos torqueatur, facile intelligere poterit ex iis, quae habentur in Prato spirituali, lib. capit. 26. de quodam fratre nomine Throphane ex regione Dora Nestoriano, quem cum senex quidam iuxta Iordanem in Laura Calamonis Cyriacus nomine, ad fidem catholicam hortaretur, ille vero haesitaret, tandem demisso fratre in spelunca, senior egressus est prope mare mortuum, ut oraret pro illo, et circa horam nonam diei sequentis aspexit frater illi quendam astantem sibi aspectu terribilem, ac dicebat: veni, et vide veritatem: duxitque eum in locum tenebrosus ac foetidum, ignes evaporantes, atque in ipsis ignibus vidit Nestorium, Eulychem, Apollinarem, Dioscorum, Severum, Arium, Origenem, et alios quosdam, dixitque: locus iste praeparatus est haereticis, et blasphemantibus, et his, qui illorum dogmata sequuntur: si supplicium istud non vis, vade ad sanctam catholicam, et apostolicam Ecclesiam, quam te senex docet: atque ita haeresi reiecta, catholicam veritatem complexus, remansit cum senex, et post quatuor annos quievit in pace; haec ibi.

## §. CLXXXVI.

Zonaras (in *annali Constantinopolitan.*): Cum Leo Armenus vestigiis Copronymi insisteret, neque pius vellet Imperatores imitari, mater eius vidisse in somnis Deiparam dicitur, cuius in aede Blanchernia imago colebatur, iuben-temque audisse, ut sibi propinquaret de vaso pleno cruoris, quo cruore ecclesiae pavimentum redandabat: quod cum illa aversaretur, atque coeli, ait, Regina, tuus filius nullum finem facit effundendi illorum sanguinis, qui me tota mente venerantur; ideoque haud desinit ipse Deum, qui idem meus est natus, in se provocare. Neque post multo Leo interficatur, qui se saeculorum carnibus saginabat. Hic ille Leo est, qui exemplo sanctae Sophiae auream coronam immensi pretii gemmis ornata rapuit, quam Mauritius Imperator sanctissimae Deiparae dedicavit. Ergo, ut alii scribunt, carbunculo in capite oborto, perimitur, qui Virginei capitis ornamento ausus est sacrilegas manus iniicere.

## §. CLXXXVII.

Ioannes Maria Politianus (in *vita sancti Alberti*), habet Surius (de *vitis Sanctorum, mense Augusto*): In Castro Drepanensi quidam aleator rem suam ludendo perdidit: ex damno dolor, ex dolore nata desperatio est, ex desperatione impietas delectanda: nam iacturam animo repulans, ad locum, ubi beatissimae Virginis, sanctique Alberti imagines erant, accedens cum allero: ita ait, te saepe, Alberie invocavi, neque in afflictis meis rebus praesto esse voluisti, quid igitur te sanctum praedicem, ut hominum vulgus opinatur? Deinde ad Virginis conversus effugiem: tu, inquit, Maria, quae gratiae mater diceris, quoque precibus tuas piis aures oclusisti. Haec ubi effulvit insanens, arrepto gladio, utramque imaginem furibunde persecait, ex ambabus continuo sanguis in terram instillavit. Viderat hoc tetrum, et immae facinus puer quidam, moribus, et aetate simplex, statimque in sacrilegum dolenter exclamavit. Fugit ille, auditio clamore: exeuntem, ac se proripere conantem, in ipso templi aditu, tonitru fragar horrendum exelleret, fulminisque impresso icta, impetque gravissimo redigitur totus in pulverem.

## §. CLXXXVIII.

Auctore Bernone Abbate Augiensi (in *vita sancti Udalrici Episcopi Augustiniani*): Sanctissimae Dei Matris nominis, consecrati Augustae urbis templi, tanta olim sanctitas, et religio fuit, ut ex eo sacrilega manus nunquam quicquam impune sustulerit, quod haec, quam dicam exempla testantur. Ex raptoribus unus, furens amentia, manus sibi ipse laeceravit, neque prius sui dilaniandi, atque mordendi finem, quam a seipso misere discerpsit, interit. Alter librum ex eodem loco furatus, vendidit, cumque libri pretio equum commisset, et domum deduxisset, praesente, audienteque uxore, equi pulchritudinem, praestantiamque laudasset, sibi de animalis commoditatibus applausisset, librum, qui tunc in fruitu, fructuosusque fuisset, restitui debere negasse, cordata prudensque uxor contra exclamavit: utinam ne librum, o coniux, attigisses: perlat ille in sententia, et bestiae contumendae finem non facit. Eum quinimo, ut fere fit in huiusmodi emptionibus, leniter tractat, dorsumque et caudam manu demulcet. Haec agenti, gestienti, ac temere correxil, durissimum calcem offeratus equus impressit, quo vulnere exanimis subito concidit, et sacrilegii debitam poenam, et iustam morte persolvit. Tertius mitiore mulcatus est poena, quod se tempestive, ac mature correxil. Cum enim vilis straguli, quo mensae teguntur, partem, vel rupisset, vel quam ruptam invenerat, sibi audacius usurpasset, a daemone occupatus, nullum neque extra, neque intra aedis limen, lalebrae locum invenit, et cum se iustri aqua ad diabolum fugandum aspergeret, tamen mali illius comitis aspectum vitare non potuit. Quo-

cunque se verteret, ubi pedem poneret, in satanam, itineris individuum sociam, incurrebat. Ergo reversus Augustam, quod abstulerat, reddidit, sanctoque Udalrico Augustano Episcopo magno intellegerrimae Virginis amatori, advolutus ad genua, ob sacrilegum poenam sibi postulatam imposi. Eum Episcopus clementer acceptum a daemone liberavit, domumque remisit, meliora cogitantem. Deinde Udalricus, Conrado Constantiae urbis Episcopo socio, ad incultam Helvetiorum solitudinem profectus, immacolatae Virginis templum, utriusque pariter volutate, opibusque fundatum, collocavit; quod templum miracula, resque uni Deo facta faciles, illustrant.

## §. CLXXXIX.

Wilhelmus Lindanus (in *Apolo. relig. cath. cap. 2*): Caidam Hollandicae mulieri, ex Aabaptistarum foeco, quibus Deiparae Virginis maxime invisa religio est, pariendi tempus advenerat: aderat cognatae, et vicinae, quarum una puerperam moxuit, ut se in tanto vitae discrimine Virgini commendaret; cui illa: quid mihi istam, horresco referens, immundam suam appellare opus est? Sequitur illico horrendi poena convicii, non quidem pro ratione flagitii et facinoris execrandi, sed ad memoriam tamen posteritatis maxime insignis. Statim enim, ut nefariam illam vocem, quam et animus, et aures exhorrescent, haeretica mulier emisit, nigellas aliquot saeculas, partim vivas, partim mortuas edidit, monstrosoque illo portentosae blasphemiae poenas aliqua dedit ex parte, et se porcam turpissimam, atque spurcissimam significata est, quae porcas peperisset: siquidem unumquodque animal sui simile generat. Neque Deipara, qua facilitate est, si respicisset obscena mulier, et palinodiam cantavisset, non ferret caesa porca foedus, et obliteratis iniuriis in suam clientelam miseram illam porciferam libenter acciperet.

## §. CXC.

Augustinus Mannus (in *hist. rer. memor. in Eccles. Dei gest. cap. 41*): Religiosus quidam ex Cappaccinis ex Sicilia insula, cum socio redibat in Italiam. In ea navi, qua vehebatur, erat homo quidam, qui mala quadam valetudine affectus, cum patienter ferre non valens, maledictionibus, et blasphemis erga Virginem Dei Matrem iaculatis, quae ab aegritudini suae solatium. Hoc cum indignae ab omnibus, qui in navi erant, audiret, et propterea timerent, ne navis, blasphemias elicensente Deo, mgeretur in profundum: primus religiosus ille pater hortabatur eum, ut cessaret a blasphemis illis, et linguaam effraenem comperceret, ne illum Deus exterminaret; ipse tamen huiusmodi correptionibus magis exacerbat, fortius blasphemabat. Ceteri quoque circumstantes acerbis verbis virum oburgantes, et com-

minantes ei, nisi desisteret ira percitus, et diabolo stimulate, in furorem versus, in maledicta execrabilem linguam vehementius accendit. Adhuc eo contumeliosum eructabat dira verba, et tanquam iacula contorquebat in coelum, quando famus ater, et nebulosus egreditur ex quadam spelunca, quae erat ex adverso iuxta loca. Unde, sicut ex Vaesavio monte contigit, ignes nonnunquam erumpere solent, et elevatus in altum, cogitur in grandem nubem, quae per aeternum pergens, coepit descendere super navem, camque super illam incubisset, omnes, qui illa vehebantur, trepidare metu, perferre pectora, emittere vota, fundere orationes, clamare ad Dominum: salva nos, perimus; sentiebant enim, repentinum illius nubis adventum super navigium aliquid portendere. Vix horrenda nubes aliquantulum super navim incuberat, quando rursus in aeternum tollitur, et auditur in ea clamor hominis blasphemantis, et petentis auxilium, qui ab invisibilibus daemonibus raptus, intra nebulam ferebatur. Mox prodigiosa nubes, aethera secans, in tenebrosam antrum egreditur, unde egressa fuerat, secum ferens miserabilem hominem, qui ulciscente numine, traditus est crudelissimis tormentis, ut per viam mortis duceret illum ad igneam, et aeternam carnificationem. Religiosus ipse, qui interfuit, retulit haec aliquibus ex patribus suis, a quibus haec accepimus.

## §. CXCI.

Idem Augustinus Mannus (*ibid.* cap. 39): Alector Mariam Virginem blasphemans, punitur horribiliter in ore. Si qui autem reliqui reperti sunt, qui aliquando illam non beatam praedicaverant, sed blasphemarunt, coelestem ultionem experti sunt, sicut contigit cuidam Iudaeo dedito, qui cum Iuderet aleis, et pecuniarum fecisset iacturam, subito ira accensus, b. Virginem blasphemare ausus est: quod cum fecisset, os eius contortum factum est tam foedum, ut monstro similis esset, deciditque in terram semimortuus; qui cum tam immaniter torqueretur, in vehiculo positus est, et consternatus, in domum eiusdem magni Praelati, cui serviebat, deductus est; hoc retulit nobis Hortalionis nobilis Romanus, cum in villa Carboniani nobiscum esset, assereratque eo tempore, illum adhuc vivere; erat autem alector iste vir in ceteris probus, et elemosinarum largitor; sed cum in Iudo erat, iracundiam excitans, non erat sui compos, sed execrabiles blasphemias eructabat; haec autem Patrius iste propriis se oculis vidisse testabatur.

## §. CXCH.

Tilmanus Bredenbachius (*l. 3. sacr. collat. cap. 23*): Vastabat haeretica rabies Catholicorum Ecclesias, nullisque imaginibus pareebatur. Cumque inferni praedatores in d. Fran-

cisci templum, quod Antaeprae celeberrimum erat, irrussent, et sacras effigies deturbassent, ventum est ad imaginem beatissimae Virginis, amictam sole, et pedibus luna subiecta, qua figura quondam ostensa d. Joanni Dei Mater est, elsi illa Ecclesiae etiam typus fuit; haec ex summitate pendente nulla, neque vi, neque arte sacrorum hostes deicere, et demoliri poterunt, intactaque et immobilis de suis hostibus triumphavit, suisque cultoribus lassissimum spectaculum praebat: hanc eandem Tilmanus non sine ingenti gaudio se vidisse testatur. Non est dissimile, quod in Delphensi Holandiae oppido anno 1533. idem auctor evenisse scribit. Omnes Castellii domos incendio consumente, tres Deiparae imagines, diversis in locis positas, quas summa religione venerabantur oppidani, nec vulgari arse ipsa, et venustus commendaret, a flammis cuncta perdenibus, intactas permansisse, nimirum, qui a se Romanis militibus comprehendi passus est, quos paulo ante postularat, retroque labi coegerat, imagines sacras alias defendit, alias furentium haereticorum potestas libidinique permittit, et scelera sceleribus punit, quod gravissimum vindictae genus est: quamquam supplicii gravitatem tarditas ipsa compensabit: neque tamen in seram mortem, tormentum omnia videmus esse delata: punit persaepe vivos Deus, eosdemque mortuos flammis addicit sempiternis.

## §. CXCH.

Ludovicus Granatensis (*de symb. fid. part. 2. sect. 10*): Bonifacio Ereotinae iam civitatis Episcopo sororis filius iam serviebat, dignitate quidem presbyter, sed moribus, ne ostiario dignus, erat enim ambitiosus, et rerum sacrarum foedissimus nundinator: nam Bonifacii antistitis prope divini, cognatione fretus, quae valere nihil debet, ubi cetera paria non sunt, successorem se fieri cupiebat, et duodecos aureos nummos, quos ex equi venditione paraverat, in arca servabat, Pontificis emendi subsidia, et symoniacae fraudis instrumenta. Cum autem die quadam negotiorum causa Constantius abesset, hoc erat pestifero huic presbytero nomen, egentium, et aerumnosorum multitudo Bonifacium, ab ipsis incommutabilis misericordem, atque benignum de morte circumstetit. Cumque beneficus et liberalis Episcopus esset exhaustus, et nihil haberet, node tam mallorum paupertati succurreret, neque, ut inanes, dimitteret, adduci posset, mente, et animo fluctuabat. Omnia lustranti, atque animo reputanti, pecunia illa venit in mentem, quam suus ille ex sorore nepos vendito equo servaret. Ergo thecam resignat, pioque illo furto pecuniam acceptam laetus distribuit egentibus. Constantius reversus, arcam revisit thesauri custodem, cordisque captivi: vacuum ubi reperit, non alium, nisi Episcopum, illius furto auctorem, foras se proripit, fremit, bacchatur, omnes illa in domo beatos esse, se unum miserum, atque infelicem indignabundus exclamat. Bonifacium aliis vitalem, suae

sororis filio semper esse mortiferum vociferanti, accurrit Episcopus cum universa familia, et effertur Constantii animum orationis lenitate mitigare conatur: cum stomacho presbyter mansuetum accusat avunculum, illud semper ingeminas: omnes hic vivunt, unus ipse mori cogor: cuncti tui libere agunt, solus Constantius tuae sororis filius duram servitutelem: aurum, aurum, inquam, reddito meum. Episcopus procacibus querelis, et vesana hominis ira commotus, ad Deiparae templum advolvit, et tendens supplices manus, nummos a Virgine postulat, quibus parentis iracundia presbyteri leniretur. Multiplicata prece Pontifex, extenta veste quasi aliquid accepturus, inter orandam, ad sinum, quam expanderat, forte respiciens, duodecim nummos aureos conspicitur, metalli odore fulgentis, ut ex aurificina illa ipsa hora prodixisse viderentur. Igitur e templo Dei Matris egressus, aurum illud, Virginis amatae donum, in stomachantis presbyteri sinum proiecit: habes, inquit, solidos duodecim, quos tantopere requisisti; me tamen mortuo, huius ecclesiae non eris Episcopus, quo munere tua re avaritia reddit indignum. Itaque mortuus est miser ille Constantius, qui se aliquando fore Episcopum somniarat ex sacerdotio, et turpem, detestabilemque mercatum animo tacitum continebat.

## §. CXCV.

Simeon Metaphrastes (*in vit. s. Theod.*): In nova insula Paro ex templo Dei Matris pulcherrimo, barbarus quidam pyrata, Nisirus nomine, Arabs genere, Cretensium classis praefectus, lapidem quendam formosum, in Cretam tentavit abducere, et illius sanctitatem idolorum superstitione pollucere. Haec eo cogitante, ac petram amovente, divino nutu in eam granditatem pulcherrimus ille lapis excrevit, ut eius immensitatem capere templi porta non posset. Id cum vidisset Arabs, atque integrum se deportare posse diffideret, furis incitatus defringi iubet, et in partes divisum, dissecanturque transferri. Sed divinus Index poenas ab improbissimo latrone haud sero repelivit: quoniam enim ad Euboeae promontorium, quod Xilophagum appellant, naves enim compactas ex ligno demergit, pervenisset, naufragium audacissimus pyrata fecit, marinique fluctus divinae ultionis ministri, nefarium praedonem, hostemque sacrorum penitus obrucit, exemplo fuit, quam illis perperam res cedat, qui Virginis dona conantur invadere.

## §. CXCV.

Michael ab Isselt (*lib. 14. Mercurii Gallo-belgici ex Franco fidei Catholicae adversario*): Quidam, ait, in oppido Montani, ut 15. Septembris scribunt, ausus est strico gladio statuum b. Mariae Virginis ferire, e vulnere mox sanguis effluxit, quo cum multi coeci, surdi, elau-

di, et qui aliis vitis et morbis laborant, sanantur. Existimat praedictus Michael ab Isselt hanc eandem esse imaginem, de qua virum magni nominis Spira scripsisse asserit. Impius quidam cum de dicta imagine et his quae ab illa fieri dicebantur, audisset, ut illuderet illi, iumentum oculis captum eo adduxit, visum illi restituit petitorum Bestiae lumen redditur, et illisori admittitur.

## §. CXCVI.

Anno Christi 1525. cum Lutherani cathedram cathedralis ecclesiae d. Virginis Erphordiae vi invasissent, et iam ad tempus occupasset, concionator quidam nomine Ioannes Culsamerus consistens in cathedra, ac digito monstrans statuum b. Virginis sub maximo organo consistentem, in has blasphemias erupit voces: Non quiescam, nec dormitum ibo, antequam idolum illud, statuum d. Virginis intelligebat, ex hac aede Basilica eiecero. Sed ecce subito ignis sacer digitum ipsius invasit, et eadem nocte subita morte extinctus est. Statua autem sanctissimae Mariae in eodem loco permansit.

## §. CXCVII.

Circa idem tempus cum Senatus omnium coenobiorum, et Ecclesiarum ornamenta in curiam ferre iuberet, etiam argenteas tumbas duorum patronorum ss. Eobani, et Adalarii sub hoc specioso praetextu, ne tempore seditiosum praedica fierent impiorum, aurifero prope Praedicatorum habitanti, ablata est magna argentea statua s. Mariae in Sole, ut eam liquefaceret, et monetam ex ea cuderet: is, quia pessimus erat hostis Ecclesiae catholicae, ferreo malleo magno, ut incipit contundere faciem statuae, et blasphemio ore dicere: sic corcenda sunt idola Papistarum, etc. et subito excoecatus est, et mendicus mansit usque ad mortem.

## §. CXCVIII.

Entrop. (*lib. 21. rerum Rom.*) scribit: Paulus Diaconus cum Iconomachus quidam conspecta statua b. Virginis lapides in eam icieisset, eumque comminuisse, per quietem Virginem ipsam eo visum terribiliter his verbis comminantiem, in caput suum hoc fecisset. Deinde paulo post eundem ingenti lapide percussum, atque ita contusum esse, ut ipse statuum comminuerat. Theophanes ait: Constantinus quidam Strator Artabati videns imaginem Dei Genitricis statuem, apprehensum lapidem adversus eam proiecit, et contivit, et cum cecidisset, calcavit, lapidis eum iactu deiecit, deiectamque pressumedit. Et vidit in somnis, somno sopitus, astantem sibi Dominam nostram, et dicentem: Nosti quam fortium causam in me operatus fueris? scisne qualem te mihi praestiteris, et quam de me valenter triumphave-

ris? verum contra caput tuum hoc fecisti, haud erit impunita audacia. Postea vero dum Sarra- ceni adversus murum congressionem facerent, et ageretur bellum, currens ad murum, ut fortis miles infelix ille cicerit e lapide trans- misso ex Mangone, machinaria dicta, et con- tritum est caput eius, et facies dignam impietatis suae retributionem percipiens, etc. vel sequitur brevi est cum Sarraecen bellum, quos muro subeuntes, dum miser Const. repellere conatur, proiecta lapidis comminatus ac con- tusus interit, etc.

## §. CXCIX.

In Conc. Nic. 2. (Act. 4): Fuit vir Cyprinus in urbe Constantia armentarius, boves et ar- menta pasces, qui orandi causa, proposito, atque animo, in Virginis Deiparae sacellum concessit, ingressus est, atque cum inter oran- dum suspiceret, oculos ad templi tabulas, i- maginesque converteret, imaginem Virginis ex coloribus in parietibus expressam animadvertit, beatissimae Virginis effigiem coloribus ex- pressam in adverso pariete vidit, ac indigna- bundus, subita correptus amentia, dixit: Quo- rum haec? statimque stimulo, quo boves age- bat, incitabat, sublato, impresso, eidem ima- gini Virginis dextrum oculum eruit, demolitur. Inde egressus caepo pergebat itinere, dum- que forte pecus ad maturandum iter pungit, boves, ut moris est, instimulat, atque urget tardiores: ecce sibi stimulus, agitata hastula, confringitur, et ea pars cui ferrum erat infi- xum, in dextrum hominis oculum recta invo- lat, ac miserum oculo privat. Instigantis ligni pars illa ferrata resiliit, certissimoque iclu re- tro versa, bubulae grande illud pecus a ter- go insequenti, dextrum oculum funditus eruit, iustissima lego talionis. Narrat hoc Constanti- nus sanctissimus Cyprinus Episcopus coram to- to consensu, in coetu gravissimo, Patrum ver- bisque disertis adiungit; hunc ego Constanti- nus virum vidi, et monoculum etiamnum ex hac causa esse cognosco.

## §. CC.

Libr. 18. Ecclesiast. Histor. (cap. 33), Bre- denbach. (lib. 2. cap. 12): An. Christi 587. Af- fine est quod Nicephoro narratur auctore, de quibusdam verbo dumtaxat, et nomine chri- stianis, cum in caupona cum iocis et ludo com- parassent, non se satis lepidos, et in ridiculis iacendis facetos visum iri putarant, nisi inter poeula puritatis, sobrietatis, et virtutum om- nium Matrem, praecipricemque Mariam die- tis impie, nefarieque lacessent, seque vicis- sim ad Deiparae iniurias et convicia provoca- rent. Non tulit matris suae contumelias ultor Deus, ac scelus vindex opportunus, siqui- dem nefariae horrendaeque illius vocationis au- ctorem potenter arripuit, oppressit, ac percussit, cum ipsis, ut dicitur, vestimentis detrusit

in inferos, ipse autem caupo, illiusque vinariae tabernae dominus, ad quam perditissimi illi ganeones tarconesque convenerant, non evasit impunitus: licet enim lingua nihil admiserat, tamen dissimulationis, accusabilisque patientiae poenas dedit atroces. Et namque non multo post nocte quiescenti Dei Mater astare vi- sa est, et quod blasphemos dextro excepisset, et toleranter audisset, ad intactae Virginis ma- ledicta, et convitia tacuisset, oburgare, turpe- que silentium exprobrare institit. Miser caupo supplicem Virginis esse, delicti veniam petere, ne tam cito raperetur, sed poenitendi, ac se explandi tempus daretur obsecrare. Virgo da- turam se, et morte dilata explandi animi tem- pus aliquid, spatiumque fore promisit. Vimi- ne, virgula, interim, quod genu gestabat, cau- ponis genae undequaque signavit, et quasi ex- arando, ac lineam rotundando circumscriptis. His ita actis Virgo discessit, illeque somno so- lutus, evigilans, membra illa, quae vimine no- tata erant, a cetero corpore avulsa, iocisa, discerptaque receperit, et sanguinem passui ex recenti vulnere profluentem vidit. Productus hospes miserandus in publicum, foedo illo cor- poris habita, et horribili crurum sectione, non minus quam oris testimonio miraculi verita- tem confirmavit, iustissimumque illud omnipot- entis Dei, et iudicium, et supplicium ad mul- torum exemplum patefecit.

## §. CCI.

Sanctus Gregorius Turon. (libr. in gloriam plurim. marty. cap. 19): Templum erat in ur- be Turonensi s. Mariae Virginis, ac divino Chri- sti praecursori dicatum, ubi periuri divinitus plectebantur. Quidam enim, qui peierandi ani- mo in Ecclesiam venerat, simul atque ad Virginis aram assistens manum sustulit, ut iu- randum mendax pronunciaret, retro habens ita caput ad pavementum supinus afflixit, ut vix vitae spes ulla superesset. Cum autem re- creatus, atque erectus ad se miser homo re- disset, periurii scelus, quod occultarat, pate- fecit, et ad Dei, Mariaeque matris gloriam pervulgavit. Gregoriusque Turonensis huius au- ctor historiae, quosdam Turonenses vidisse se ait, qui in illo eodem loco iusiurandum religio- nem, testimonii sanctitatem violarunt, haud impunita quidem audacia, quandoquidem om- nes intra anni curriculum vivere, atque auras inficere desiderant.

## §. CCII.

Ioan. Ant. Valtr. (in annal. societ. 1582. de historia Provinciae Romanae): Homo Transalpi- nus, ex sacra Laurentana domo calcis aliquan- tum sustulerat: hunc ubi Romam venit, mor- bus debilitate subita adortus est; cum autem de consilio quorundam Laurenti redisset, calcemque restitisset, illico sanitatem recu- peravit.

## §. CCIII.

Ioan. Bonf. (lib. 5. de historia Virginali, cap. 1) refert: Huic valde affine est, quod nostra memoria Ioanni Soares Conimbricensi Episco- po contigit, qui in illo ad Concilium Tridentinum itinere, laterem ex eadem Laurentana aede, illo permittente, qui posset, desumptum, tamen non tulit impune: nam morborum, et dolorum quasi tempestate quassatus, non ante convalescit, quam laterem eo nudo abstulerat, referendum curavit, etc.

## §. CCIV.

Histor. Eccles. Suidas, Sur. (in vita S. Ne- cetae), auctor Miscell. Zon. (tom. 3. Annal.), Entrop. (lib. 22. rerum Rom.), Bred. (lib. 2. cap. 11) sic aiunt: Constantinus Copronicus, qui hoc foedissimo notatus atque affectus est co- gnomine, quod illo tempore, quo sancto baptisim fonte tingebatur, humani corporis stercus egessisset, futuraeque vitae foeditatem ob turpitudi- nem portendisset, eo impietatis et amentiae pro- rapit, ut omnem ss. Virginis invocationem, et cultum detestaretur ipse, et Christicolis implo- rari Virginem lege lata prohiberet. Neque mi- rum videri debet, eam turpiter transiisse, et eius sanctionis, quae intemeratae Virginis cultum abrogaret, auctorem illum fuisse, qui Venerem coleret, magistrumque libidinis adoraret, pueros mactaret, humanisque victimis ure- ret: foediorum ita amentem fuisse accepimus, ut brutorum susque auctores ad idem exem- plum non magis hortaretur quam impelleret. Morituros carbunculum, morbi genus horribile sensit, qui pedes inflammatis condolebant: ardentissimis etiam iactatus est febribus, quae tales fuerunt, ut medicis remedium inveniri non posset. Accessit elephantia, etc. Ergo rebus omnibus desperatis clamare ac vociferari coe- catus est, se violatae Deiparae Virgini poenas da- re, et propter impias in Dei Matrem, detes- tandasque blasphemias vel vivum flammis il- lis tradi, quae nullis saeculorum spatii ac terminis extinguantur, precari proinde, ut Ma- ria meritis laudibus exoretur, quibus sibi pla- cetur irata. Paulo post impius discessit, indig- nus divinae praesentis auxilii. Mortui sepulchri cadaver, Imperator Michael Theophilii filio, effossus exhumatumque est, incendioque con- sumptum, ut ardentis apud inferos animam similitudinem aliquam exhiberet.

## §. CCV.

Canis. (lib. 5. c. 20. oper. Mariani), citans Evagrium, et Niceph. (lib. 2. cap. 14), sic scri- bit: Constantinopoli in ea custodia, ubi Ma- riae Dei Matris hostis Anatolius, iussa Tibe- rii christiani principis, proxime ante Mauritium imperavit, tenebatur inclusus, immaculatae eiusdem Mariae Virginis imago ad eorum so-

latium, qui in carcere erant, funiculo religata pendebat. Anatolius, dum suam causam Au- gusto probare nititur, et mutatae correctaeque vitae testes colligere studet, in illam eandem clarissimae Matris Dei effigiem oculos inter- dum iaciebat, veniamque scelusculum ellagita- bat, antequam dolorem ex vitae superioris scelerum memoria et recordatione susceptum, ad placandum optimi Principis iram callide simulabat, neque tam animo ac sincera volun- tate, quam externo corporis habita, atque ementita specie ante virginem illam imagi- nem Virginis Virgini supplicabat. Ad factas Ana- tolii preces, rem miram, Virginis imago iratae similis, vultum averlit, illo ipso, qui custodiae praerant inspectante, aliisque com- plaribus rem admirantibus, partim est custo- diis, quibus carceris erat custodia commissa, partim ex eorum consolatoribus, quos carcere incluserat. Quin et ipsa Dei Matris effigies, illo eodem iracundo aspectu, Anatolio miriabi- lunda, nullis extra carceris limen monstrata, visum esse narratur, quo gravior populi to- tius in sceleratissimum illum solem esset of- fensio. Quamobrem communis omnium vox, Anatolium de medio tollendum, horribilique supplicio interimendum esse proclamavit. Itaque omnium consensu bestii obiectus miser- rime dilaceratur, sed non miserabiliter: nec enim erat quem miserat commoveret. Lupi, exincti Anatolii cadaver arreptum, discerpunt, huc illic iactatum, avidissime confecerunt. Evagrius scribit, Virginem se nonnullis fide- libus ostendisse, et eos contra seculissimum praescae impietatis auctorem incantasse, dixisse- que filium suum ab Anatolio contumeliosi affi- ci, etc. addit etiam: Anatolius bestii obie- ctus, et sublatus in crucem populi, quae pa- rabantur, tormenta effugit, quae praetera in- ferebantur, terminavit. Sed Lupi, quae visa nova res est, corpus e cruce delubrat, hu- mi proiciunt, et pasu crudeli membratim de- vorant.

## §. CCVI.

Trithemius (lib. de origine gentis, Principum- que Baecariae) narrat: Dynastae Scheirenses tan- tae nobilitatis, ut Bavariae principes multos procreant, insigni pietatis laude commendantur. Quod enim in ipsorum ditioe erat praes- tans, admirandumque castellum, religioni bea- tissimae Virginis dedicaverant, monasterioque constructo, quod etiam nunc apud Bavaros ex- tat, gentis, ac familiae non modo sepulcrum, humanatur illic Bavariae proceres, sed etiam monumentum reliquerunt. Cum enim illo, qui familiam ducebat, quique rerum sine contro- versia legitimus possessor erat, extincto atque mortuo, multi haeredes de Scheirensi castro dacia lite contenderunt, divino agente spiritu, suo quisque iure cesserunt, et beatissimae coe- li Reginae castrum illud libentissimis animis obtulerunt, uno excepto, duce Arnoldo, quem Bavarorum vulgus infelicem appellat, cum infandum dicere debuisset, qui, quod malo

daemone familiariter uteretur, suae partis eum consortem facere nitetur. Non multo post daemone amicus gratiam retulit, eam scilicet, quam sibi devotis reddere consuevit. Vivum enim vestitum, sospitemque corripuit, et in lacum monasterio vicinam delatavit, unde nunquam est visus emergere. Eo igitur de medio sublato, rata ceterorum donatio fuit, et haereditas pervenit ad Virginem, quae suos remunerat amatores, et ex orci faucibus ereptos, ad illam vitam perducit, quae nullis finibus terminatur.

## §. CCVII.

Vincent. Beluae. (*par. 2. spec. hist. lib. 8. c. 104*) ait: Placentiae cum in taberna luderet quidam, tesseraeque iactus minus prosperae, felix cecidisset, gloriosissimo Mariae ventri, ubi Christus salus nostra delituit, impudentissimus aleator obstrepuit, ad nefariamque vocem, qua Virginem utrum diris execrationibusque devoveret, subita morte prostratus descendit ad inferos, quem locum incolunt, quos a se Christus bonus pastor segregavit, ac furis ultricibus daemombusque permisit, in omnem veritatem cruciandos.

## §. CCVIII.

Caesarius monachus Cisterciensis (*lib. 7. Diat. cap. 7*) refert: Matrona quaedam tum pia, tum nobilis, Cisterciensis familiae praedia donaverat, quibus in s. Mariae Virginis honorem aedificata domus est. Cum vero post matronae fundatricis obitum quidam se bonorum illorum legitimus esse dominus profiterentur, Cisterciensis esse molestissimi cooperant, duce Henrico, qui omnium acerrime monachos agitabat. Sed tamen Dei Matris ope, quo coenobio praesidebat, effectum, ut non modo praedia illa non potiretur, ut suis etiam fortunis eversis, vitam egerit infelicem. Alter eorumdem bonorum cupidus, et monachorum illa de causa vexator, a suo occisus servo, temeritatis, et audaciae meritis dependit poenas. Tertius ad hanc eandem praedam advolans, et anhelans, in ipso cursu miserimus occidit, ac medius crepuit, ut, qui Iudae proditoris imitator auarivam, Iudae supplicium pateretur. Hanc memorabilem actionem, cum quidam ex competitoribus vir et nobilis, et bene cordatus audivisset, in templum Virginis venit, et haec tibi verba fecit: Domina mea, spes mea, portio mea, sint tua tibi, ego iure me cedo, et quae me pars attingit, si forte attingit, eam ego partem libenter abudico. At vero post hoc exempla Dynasta quidam potens, cui Wilhelmo nomen fuit, uxoris instinctu, quae sese bonorum illorum laetabat haeredem, sua ipse auctoritate agrum omnium optimum occupavit, ac monachis omnia iure ac lege tenentibus, gravissimum tum rapinae, tum contumeliae vulnus infixit. Interea religiosus qui-

dam sacerdos in visu didicit, quae poena raptores sacrilegamque maneret, eumque proinde monuit, ut mature respiceret. Ille, culpata uxore, aliena retinere, monachis negotium exhibere perseverat. Romani Pontificis se vero diplomate ac litteris appellatus, rem diutius, quam par esset, extraxit. Interea, dum cursores ultro citroque commentat, ac de pace cum Wilhelmo frustra contendit, deique agro reddendo nequiquam laboratur, religiosus quidam, Ioannes nomine, in somnis Virginem querentem audivit, atque ita dicens: hinc me commigrare necesse est; rogante hoc ipso, quo ibis Domina? ad filium meum, inquit, de Wilhelmo conquestura, qui me hoc in loco quietam esse non sinit. Postridie mane visionem Ioannes cuidam Wilhelmi famulo patefecit, et dominum cito morturum significavit. Irrisit famulus; sed irrisisse nollet, quippe qui altero pede truncatus despicit poenas prodatum nemore, viscum manu tenens, volucres aeneatur, a duobus Comitibus Seimensis administris, quibus unius captivi praedam extorquere conabatur, lancea transfixus, confestim expiravit. Uxorem malorum causam privignus quidam ex bonorum omnium possessione cum liberis, quos ex tyranno Wilhelmo susceperat, praecipitem exturbavit. Ita Cisterciensis gloriosae Virginis Deiparae meritis ac patrocinio cuncta pacifice possederunt.

## §. CCIX.

Ioan. Lopez (*lib. 1. de Rosar. cap. 15*) sic describit: Anno 1472, senescentem Rosarii pietatem divi Dominici sectatores, iubente Deipara, Coloniae renovandam curaverunt. Procedente eorum industria, et sodalium augecente numero, prospera Rosarii principia duobus illius urbis concionatoribus ingrata et iniuncta fuerunt. Honorabat concionatorum hoc par, et celebrabat maxime populus, ob eloquendi artem etc. ideoque ad horum utriusque concionem audiendam innumerabilis multitudo confluebat. Igitur Rosarii crescentis iniuria taeti, plium illum ita precandi morem vituperare adorti, seque versate ac veteratior in auditorum animos insinuant, Rosarii religionem, et sanctitatem perfidiose impieque vexarunt, etc. Alter illorum incredibili audacia cum sodalitatibus pernicie, et sacri iniuria Rosarii, ex superiore loco multa iactavit, multa impudenter effudit, quibus retardati quam plurimi, et ab illa pietate deleritii, partim societatem, quam iam coierant, deseruerunt, partim inveniunda consilia prorsus abiecerant. Ergo quae tam multos numerabat, ad paucos redacta sodalitas, suam solitudinem deplorabat, etc. Cum vero negator ille quosdam animadvertisset, et Rosarii adhuc tenaces esse, et sodalitia frequentare, ad eam religionem funditus eiciendam, et eius exinanienda collegia, concionem in proximum Dominicum diem cum applausu auditorum indixit: in ea se monstraturum, quam esset inanis, et fatilis illa

religio, etc. Advenerat dies ille Dominicus, populusque in maximam concionis expectationem adductus, templum omne compleverat: cum eundi tempus esset, neque tamen orator appareret, quaesitus a suis, inventus est mortuus: nam proximi sabbati nocte cum sanus et valens cubuisset, et minacem illam concionem habiturus esset, Dei iudicio omnia contentis ac regentis obiit repentinae, nullo teste, nullo adiutore, nemine, qui Iesu et Mariae salutifera nomina identidem invocaret, assistente. Ille alter orator erroris concors et socius, et Rosarii exagitator impius, illud humanitas evenisse censens, mortui consiliorum se professus haeredit, Rosarii reliquias delere constituit, et in eum finem concionem advocavit; dumque in suggestum parat ascendere, tota urbe inspectante, paralyti repentina correptus, in terram subito concidit, integra tamen Dei beneficio mens muto infantique relinquitur. Igitur cum intellexisset improbi Rosarii se poenas meritas dare, et supplicii causam agnosceret esse iustissimam, coeli Reginam, cum voce non posset, animo et corde compellat, lenissimeque matris opem mutatus implorat, et linguam a Deipara postulat, quae praedictae, dilaudetque Rosarium, quod furis agitat, impugnasset. Impias, ac nefarias conciones commendandi pro digulate Rosarii, tum assiduitate, tum alacritate et studio se correcturum esse promittit, diligentemque se ad restituenda sodalitia fore, quam fuisset ad evertenda furiosus. Vix sponsonem, votumque finierat, cum vox illi linguaque redditur, et valefudo pristina reperatur, inde ad suggestum laetus ascendit, et in illa maxima frequentia Rosarii laudes suavissime, verissimeque prosequitur, taleque et pietati testimonium dedit, quae eius oportebat, qui beneficio Virginis ex tanto tam gravi, tum periculo, tum supplicio incolumis evasisset.

## §. CCX.

Nicolaus Orlandius (*in annalib. Societ. 1384*): Homo improbus, omnium religionum contemptor Brunsvichii, ubi coenobium virginum erat instructum, sub truncis arboris, ubi Dei Matris imago infantem Iesum fovens in gremio tot iam saecula suum habuerat domicilium, cellam vinariam effodit iussit. Sed non impune haec impietas abiit. Tertio die horrea omnia, et pecus universum, et aedificia nonnulla ignis incendio conflagrarunt; ipse vero sceleris auctor, cum magnos ad honores iam pervenisset, multorum facinorum reus, in atrium coniectus est carcerem, ubi sceleris vitam inhonorato fine conclusit.

## §. CCXI.

Franciscus Bencius (*in annalibus Societ. 1580. et 7. in hist. Provinc. Pol.*): Cum uxor cuiusdam haeretici Adriani beatissimae imaginem CARTHAGENA de B. M. V.—Vol. III.

Virginis, ad quam orare solebant Rutheni, reple sentientes, coniecisset in ignem, eam comburere non potuit, et duo eius liberi miserime delagrarunt. Neque enim semper convulsi clementissimus Deus, excitat se hoc etiam tempore interdum, et unum aliquem corripit, ut multos emeant.

## §. CCXII.

Idem auctor (*ibid.*): Cum Russus quidam schismaticus eo die, qui assumptae Virginis suer est, ad erueundam argillam exisset, maxime ob Kalendarii Gregoriani contemptum, multum licet dissuadente virgine quadam catholica, et vaticinante, ultimum illum ei diem, ac supremum opus fore, ruentis subito casu mole teluris, ita oppressus est, ut suo inclusus funere idem reliquerit aliis neglectae religionis monumentum, et invenit ipse dementi in propositi sepulcrum.

## §. CCXIII.

Ex litteris p. Melchielis Trivini Rect. Pragenses Collegii: In Poloniae urbe Zamossa quaedam matrona, genere quidem nobilis, sed haereticis tam perditae, ut sabbati diem et sibi, et suis vellet esse male feriata, contra Dominicam profestam et operosum. Extra urbem huic erat villae possessio, ad quam ipso annunciationis angeli die, cum proficisci pararet, domestici iter dissuadent, isti Christianis religiosissimi sanctitatis proposita. Multis offensa, Deiparam, cuius inclytas ferias famuli obiecerant, verbis laeserunt, unam ex multis dicere, eidem se sanctitatis parem esse iactare. Igitur ad villam suis invidis egressa, cum iam parum viae restaret, equi rhedam trahentes, iam fixis haesere vestigiis, ut ad proscedendum vis nulla coegerit. Haec rhedario nequam incitante, nihilque neque voce et clamore, neque flagello proficente, improba mulier, dum equi perstant immobiles, exit ex rheda, et tantisper declinat a via, ut naturae obtemperet, et alvum exoneret. Se purgantem, ingens et validus ventus repente deturbat, et mulieris faciem in corporis egestas sordes impingit, et cum os sacrilegum immundis foeditatibus inquinasset, post ingentes editos clamores, spurcum animam egit dolore trahente, alia subitis tempestas eam adeo terruit, ut relicto curru ventris onus deponere coacta fuerit, quam ventus ita terrae allisit aliquoties, ut horrendum clamans, et impuro ore in suis sordibus se volutans, infelicem animam efflavit, gesta res tanta anno sexcentesimo supra millesimum.

## §. CCXIV.

Wilhelmus Baldesanus (*in stimulis virtutum adolescentiae lib. 3. cap. 21*) ait: Narravit mihi

vir religiosus et gravis, superioribus annis in Mediolanensi provincia fuisse adolescentem, ut nobilitate, sic fastu et arrogantia insignem. Hic, cum aliquando in contentione venisset cum alio quodam inter pugnandum, impium aliquid dicit in Matrem Dei: atque ecce iustissimus index permisit, ut os illud apertum contra maiestatem tantae Reginae, ipso temporis articulo adversarii telo interciperetur, et ad punctum vibrato ietu, et ipsis linguae radicibus succisis, et transfixo palato repente conciderit mortuus.

## §. CCXV.

Lypsius (in *Mirac. D. Virg. Hall. cap. 7*) ait: Anno 1580. cum Oliverius Tempelius Hallas obsideret, erat inter milites quidam Ioann. Zviechius: is iactare palam se suis manibus Hallensium mulierculae, Deiparentem intelligebat, nasam abscessurum. Sed haec mox procrat glande plumbea excussa, scurras illi ipsi nasam auferri. Poenam habuit, et irrisum inter ipsos commilitones perpetuum meruit, qui identidem hominem ad nasam recipiendam Hallas mittebant.

## §. CCXVI.

Caesarius (lib. 7. cap. 45) haec narrat: In Villa Castri Veldensis Dioecesis Trevirensis, quaedam nostro tempore extitit imago Deiparae, Filium in sinu foventis, opere non adeo bene formata, multa tamen virtute dotata, quam matrona quaedam eiusdem Castri respiciens, et sculpturae indignans, ait: Ut quid hic stat vetus haec Bumbula. Verum alteri matronae, a Deipara dictum est, quia mulier illa, nomen eius exprimens, vocavit me veterem Bumbulam, semper misera erit, et post paucos dies a proprio filio omnibus suis bonis exiit, misero mendicans stultiloqui poenam iuit.

## §. CCXVII.

Idem Caesarius (cap. 28): Matrona quaedam cuiusdam honesti militis uxor, instinctu diaboli militem altum admisit, quae post tempus aliquod inspiratione divina, ducta penitentia, de crimine doluit, et adulterio prorsus contradixit. Ille vero mariti eius absentiam observans, domum illius intravit, et cum solam reperisset, verbis solitis ad crimen consecretum eam invitavit: quod cum illa renueret, et cum videret se illi non posse resistere, utpote foemina debilis, ac delicata, fortissimo militi, ad totus castitatis patronam confugit, dicens: Rogo te, Domina sancta Maria, per illud sanctum, Ave Maria, quatenus in hac hora liberet me; ad quod verbum virtus omnis in milite defecti, emersit, et foemina se ab eius amplexibus

excitans, incorrupta evasit. Postea, requisita a milite de causa virium sibi subtractarum, respondit illi: non mea virtute, sed gloriosi nominis Dominae nostrae hoc actum est. Quod cum audisset ille, territus est, nec amplius ad alteri verbum ad illam facere praesumpsit. Apollonius: benedictum sit nomen Mariae. Caesarius: quod vincula solvantur eius virtute, etiam per exempla tibi ostendam.

## §. CCXVIII.

Vincentius Beluacensis (lib. 7. cap. 84) eisdem verbis: Clericus quidam, suppente rerum copia, etsi sacculo deditus, Matris Domini amorem, et reverentiam animo sic omnino indixerat, ut quoadcumque ecclesiae ingressus, vel per ecclesiam ei contingeret transitus, nulla saeculi solitudo, nulla surrepere posse oblitio, quin omni devotione, et humilitate geniflexo, Angelica salutatione cum honoraret, dicens: *Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum.* Rursus geniflexo: *Beatus venter, qui te portavit, Christe, et beata ubera, quae te lactaverunt, Dominum Deum Salvatorem nostrum.* Hic aliquando molestia corporis tactus, quasi desperatus est, tantumque dolor invaluit, ut linguam suam, et labia sua dentibus suis commanducaret, idipsum de membris ceteris facturus si permitteretur. Caneque iam lingua, et labiis penitus consumptis, faceret horrendus aspectu, vidit iuxta lectuli sui caput personam pulchra facie, et reverendo aspectu, qui angelum eius custodem suspicatus est: hic aegri sui aerumnas dolens, in hunc modum lamentari videbatur: *Quid o Domina misericordias, fons pietatis, haecine est lingua in beatificationem ventris, et partus tui in longo usu, et ardenti affectu assuefacta, ut pene nihil aliud sonare nosset in ecclesia Dei? Domina, Domina, si tu deus tuus, quis avertit suus? Non sic, Domina, non sic, ad nihilum devenit spes hominum, si in te non incipiunt habere refugium.* Haec cum ille in auribus aegri declamaret, apparuit utique Mater Domini, et quasi satis faciens de mora in servulum suum, de qua insinulabatur, ad lectum propius accedit, extractaque ubera visa est protinus lac immittere in os aegri, cui sancti lactis rore infuso, subito ille linguae integritatem, labiis antiquum decorem, et toti eius corpori pristinam restituit sanitatem. Redditus igitur sensibus, continuo surrexit sanus, et incolam, et factam circa se misericordiam, repentina vitae, et morum mutatione, omnibus cepit praedicare: e tenem se, et sua Dei servitio mancipans, de cetero duxit vitam religiosam.

## §. CCXIX.

Idem Vinc. Beluae. (lib. 7. cap. 87) eisdem verbis: Quidam pueri clerici ante quandam ecclesiam ludum pilae exercebant, quorum u-

nus, qui habebat in manu anulum, quem ei puella donaverat, carnali amore ducta, timens ne assidua palae percussione frangeretur, divertit ad ecclesiam, ut alicubi eum reponeret, donec post ludum ipsum reciperet. Ingressus itaque ante imaginem Virginis Mariae, intuitus eam, et geniflexo devote salutavit Virginem, et addidit: Vere in omnibus formosior es, quam illa, quae mihi anulum hunc amoris munere condonavit, ideoque ei renuncio, teque deinceps amare, et tibi deservire decerno, ita dumtaxat, ut ego vice reddita, amore tuo dignus inveniar. Sic igitur praefatus puer anulum digito imaginis sursum erectum indidit. Quo accepto quasi conductum comprobans, et fidem adhibens, mirabile dictu, digitum suum imago constrinxit. Quo viso puer, stupore permotus, circumstantes advocat, et rei novitatem mirantibus salutationis ordinem, et voti conditionem enarrat. Quod illi audientes, cum saeculo renunciare, et votum persolvere hortabantur, quatenus Dei Genitricis servus, et amicus, sicut dixerat, haberetur. At ille spiritus divitiarum obstantibus, aegre, quod monebatur, audiens, ingratus extitit, et post modicum imagini mentitus, uxorem ducere non expavit. Sed prima nocte nuptiarum b. Virgo Maria proxima lectulo apparuit, anulum digito praetendens, et infidelitatis eum arguens. Excitatus ille de somno, circa extendens manum, quaerens imaginem, et non inveniens, eam credidit esse phantasma. Iterum somno detentus vidit eam assistere, non sicut prius blande alloquentem, sed cum indignatione vultum avertentem, et tormenta durissima pro contemptu sui, et voto irrito comminantem. Evigilans igitur, et iterata admonitione perterritus, incognita uxore, et relicto omnibus, quae habebat, eadem nocte, in eremum clam secessit, ubi habitum Monachi, vitamque professus, Dominae, et amicae suae cunctis diebus vitae suae devoto animo deservivit. Maluit enim fidem servare Reginae colorum, quam ei ante nuptias promiserat, cum munditia animae, et corpore impolluto, quam sponsae mortali cum integralitatis iactura copulari contra votum, quo obligatus erat.

## §. CCXX.

Idem (lib. 7. cap. 97) eisdem verbis: S. Praesul Bonitus Alvernenis, cum cor suum dedisset, ut perfecte lesum, et eius matrem diligeret, quadam die templum b. Michaelis cum turba intravit, et in angulo basilicae, licet inier multos, solitudinem cordis sibi fecit. Consummatis mysteriis, singuli in sua redierunt, ipse tamen solus in latibulo suo remansit. Custodes autem, an quis ne remansisset, perscrutati non sunt; sed Dei nutu, observatis iam ecclesiae foribus, eo securus ille quo secretus, effudit in se animam suam, factusque in agonia prolixius et enixius orans, vidit huiusmodi visionem. Ecce repente de coelo sonuit quasi vox dulcis cantilenae, et micantibus luminaribus, lumen templi coepit tremere, tanquam intrante

multitudine. Adspicebat vir sanctus, et ecce Virgo Maria intrabat cum candidato sanctorum angelorum, et animarum coetu, sicut regina, circumstante exercitu: chorus ille coelestis decantabat Dominae, eiusque filio: ipsa quoque vocem suam exercuit in Christi praeconio: per modum chori facta est illa processio. Cumque ventum fuisset ante altare, quatenus est a quibusdam sanctorum, quis haberet missam celebrare? En, inquit b. Virgo, adest Bonitus Praesul vere bonus, et satis dignus, cui hoc officium debeat committi. Audiens hoc ille pavebat, et retrahabat se, cunctis rei lapis, qui ei cessit, adhuc servat indicium: tandem quaesitas, et inventas est, deductus, et praesentibus sanctis, veste nuptiali ornatus est, ac divino altari applicatus. Et postquam dedit in celebratione sancti operam, ac decenter consummavit, b. Virgo vale faciens dilecto suo pro munere coelestem vestem ei dedit. Res est nota satis, et apud Alvernenses admodum celebris: maxime autem in civitate Alverniae, quae dicitur mons clarus, et usque hodie monstratur populo vestimentum illud coelestis, cuius materies, et contextura modis a nullo hominum dignosci potest, et est eximii candoris, miraeque levitatis, ac lenitatis.

## §. CCXXI.

Casiliprat. (lib. 1. cap. 22. part. 3) eisdem verbis: Filla quaedam fidi viri pauperissimi, et cum puella nondum septennis miro fervore spiritus inferius traheretur, rogavit patrem cum lacrymis, ut sibi psalterium compararet: cui pater: Unde filia psalterium comparabo, qui vix tibi quotidie panem lucrari sufficio? Mox illa conversa ad Matrem Christi, oravit, et dixit: O Mater Christi, da mihi psalterium, quod pater dare non potest, et ero perpetua ancilla tua. In hac simplicitatis prece perseveravit illa, et ecce in somnis apparuit ei b. Virgo Maria, ferens, ut ei videbatur, in manu duo psalteria, et dicens ei: Accipe nunc filia mea: ubi cum maximo tripudio elegit unum, disparemte b. Virgine. Puella de somnis evigilans nihil inventi in manibus suis, et illam se conquerens a Matre Christi, flere coepit. Quod cum audivit pater, irrisit filiae, et demum consolatus est eam: Vade, inquit, tantum diebus Dominicis, ac festivis ad magistram, quae filias divitum psalterium docet, et primo discas legere, et postea b. Virgo psalterium tibi forsitan procurabit. Mira res! Puella ad magistram, quae filias divitum docebat, venit psalterium inexpectit, et nullo docente legit: quo miraculoso eventu b. Maria multo excellentius promissum suae dignationis implevit. Quod ubi viderunt honestae personae, et divites matronae parochiae, emerunt puellae psalterium, et sequenti tempore, cum eam in Christi servitio alacrem cernerent devotam, eidem iuxta ecclesiam cellulam pro reclusorio locaverunt.

## S. CCXXII.

Thomas Cantiprat. *(lib. 2. cap. 29. part. 15.)* Erat in partibus Theutoniae monasterium virginum, quo bellorum eventu funditus destructo, ad domos parentum puellae redire compulsaerunt. Quarum una pulcherrima, Agnes nomine, ubi ad patrem militem rediit, ab eo violenter oppressa, mox impraegnata fuit. Ad partum ego appropinquans, fuit anxia ad deviam, et partu edito, adest diabolus specie monachi, qui se eius consanguineum, et conscium facit contestans dixit ei: Ne tu charissima, per partum editum cum patre, et parentibus confundaris, parvulum in stagnum proximum prolicec. Si enim vixerit, delictum latere non potest. Removere coepit; ad vicem erubescencia materum pectus, et mox parvulum submersit in stagnum. Postea diabolus videns illam tabescentem prae dolore, dixit: O omnium foeminarum miserima, quid nunc restat? Melius est, ut sine scandalo tui, et tuorum, et gravioere mortis periculo, facta mihi confessione, in aquam cum filio te submergas. Hoc audito, tantum facinus exhorrescens, exclamavit, Gloriosam Virginem Matrem Christi invocans, contra diabolum adulatorum ab ea implorans, et continuo vidit daemoneum cum fumo lacerimo disparerent, et mox effusa in laudem Matris Christi, ad spem meliorem in prece, et lacrymis confortatur. Venit ergo in proximam civitatem, et hospitio suscepta a quadam matrona Iudaea, Sara nomine, ut eius parvulum lacte suo nutrire, mansit annis quinque cum illa. Interim de fide Christi, et bonitate, et pietate Matris eius, ut erat foemina prudens, et eloquens, praedicabat, et sensim cor Iudaeae illius verba edificantia, et efficacia penetrabant, hortata est illam, ut orationem Dominicam, et angelicam salutationem addiceret, Christum, et Matrem eius quotidianis precibus invocaret. Hoc sciens maritus, aegerime ferebat, et ideo in furiam raptus, quod suspectam eam quasi subverticem suae uxoris haberet, extracto capulo, invasit illam dormientem, tria infligens vulnera cor penetrantia. Hoc viso occidit Iudaea, horruit, et intrans thalamum observavit. Hinc noctis medio facto signo, Iudaeus synagogam cum vicinis intravit. Iudaea autem post luctum obdormiens in somnis, vidit gloriosissimam Dominam cum duabus puellis ad occisam mulierem intrantem, et tribus pyxidibus, quas ferebant, unquamque sanguine salutaris, in redivivum statum, mortis vulnera reducentem. Iudaeum autem mane rediens, occisam foeminam non inveniens, credebatur, quod uxor sua cadaver mortuum spellisset. Hoc idem de viro illucescente die uxor credebatur, unde neuter super hac re alterum requisivit. Vix dies 40. completi sunt, et ecce venit mulier peregrina, Iudaeamque et virum eius ex parte Agnetis officio sissime salutavit, et abiit. Tunc Iudaeus uxori ait: quid est, quod illa vivit? Nunquid occidi eam? Cui uxor: potens, inquit, Christus Dominus eius, mortuum suscitavit. Et Iudaeus, hoc est, inquit, quod semper timui, quod te apostatam duce-

ret in errorem: nec mora haec dicens, comprehendit uxorem, et duobus annis reclusit in carcere obstrictam. Hinc accidit, ut ad remotionem tendente Iudaeo, uxor e carcere evasit, et cum duobus parvulis tertium gerens in utero ad ecclesiam fugit, et cum gaudio fidelium, qui eam dilissimam, et honestissimam venerant, baptismum suscepit. Hanc postea duo filii eius adolescenter, et una filiarum secuti sunt, et fidem alacriter susceperunt; mansit autem post baptismum cum filiis in Coloniensi diocesi, et mutato nomine vocata est Gertrudis, et invenit Agnetem, quondam nutricem suam ibidem manentem, et de conversione eius valde gratulantem. Quaesivit ergo ab Agnete Gertrudis, quomodo revertisset. Et illa mirata respondit, dicens: Quare nunquam mortua suscitaret? Ad haec stupefacta Gertrudis: Vere, inquit, vidi, quod te vir meus tribus vulneribus cultro confodiens, occidit; et illa ait: Novit Christus omnipotens, quod in somnis tantum me vidisse, et non sensisse videbar locuti. Mane vero offensam viri tui, si mansissent, praecogitans, omnibus insalutatis, recedere festinavi. Nec mora, Gertrudis apprehensa veste circa collum Agnetis, rupit eam, simulque ciliatum, quo indebatur, ad carnem usque ad pectus medium, invenit manifestissimas trium vulnerum cicatrices. Manifestata sunt haec Archiepiscopo Coloniensi domino Conrad; mortua est autem Agnes in maxima poenitentia, et fervore spiritus. Annus secundus M. scilicet CCLXV. eo tempore volebatur, quo ipsa Agnes a Iudaeo occisa est, et per gloriosam Christi Matrem, et Virginem suscitata. Gertrudis vero superstes est, miro fidei calore succensa.

## S. CCXXIII.

Idem *(lib. 2. cap. 29.)* eisdem verbis: Vidi in Brabantiae partibus Cisterciensis Ordinis Monasterium, in qua conversa de Iudaismo excolebat. Annonum non plane quinque in domo parentum Iudaeorum advertere coepit, cur distinctio nominum fieret Iudaeorum pariter, et Christianorum, cum unius vultus, atque loquelae homines essent utriusque gentis. Mira talis puellae discretio; propendebat tamen, ut postmodum retulit, magis in Christianum, quam in Iudaicum nomen, specialiterque b. Mariae nomen laetabatur audire: furabatur autem sub utraque axilla panem de mensa parentum, et pueris occulte mendicis partebatur, ut, ab eis regramendo, sibi Mariae nomen audiret. In his ergo de tempore in tempus mire proficiens, ita sagaciter latitabat, ut neuter parentum aliquid super cogitatu filiae advertere posset, vel audire. Confligit autem, ut parentes eius Colonia Lovanium, Brabantiae oppidum, cum filia devenirent, ubi cum successu temporis in domum cuiusdam praecelari presbyteri, magistri Reynerii, puella cum christianis pueris advenisset, et cum ex nomine novisset presbyter, et venire libentis-

ad se frequentius advertisset, interrogavit eam dicens: vis ne Rachel charissima, nam hoc illi nomen erat, fieri christiana? Et illa, volo, inquit, dummodo erudias me, quid sit fieri christianam. Tunc presbyter, ut vir sanctus, mire gavisus, in spiritu sentiebat de puella futurum nescio quid divinum. Et incipiens a constitutione mundi, coepit illi Scripturas exponere, per quas fides Christi, vel ipse Christus significari poterat, vel ostendi. Quarum expositiones, ut mihi ipsamet dixit, ita integro sensu in illa aetate sex annorum cum dimidio, discretione spiritus intellexit, ut raro oporteret presbyterum rationem aliquam iterare. Haec eruditio fere per annum dimidium perdaravit, occulte, et furtive, et ecce insigne prodigium. Nunquam Rachel auditu verbi Dei saluari poterat, vel lassari, cum tamen presbyter, et Martha ministra eius, mulier religiosa, et prudens valde, ambo frequenter lassati, sibi invicem succederent in docendo. Quid plura? Mox ut parentes in filia coeperunt advertere cogitatum, colloquantibus inter se Iudaicis pluribus, conloquantibus inter se Iudaicis pluribus, convenerunt in hoc, ut missam filiam de Lovanio ultra Rhenum sponso traderent acclius conservandam. Quod ubi puella cognovit, presbytero cum lacrymis indicavit, ut si illam eadem nocte non raperet, et Christianam efficeret, perditam esset in perpetuum, et confusa; quod audiens presbyter, puellae praecipit, ut ad solitum summo mane veniret, lactente ergo puella usque mane, et obliviscente penitus, quod presbytero praecedenti nocte promiserat, astitit illi gloriosa Mater Dei Maria habitu candido super nivem, et offerens illi virgam splendidam, quam gestabat, dixit: surge Catharina, et iter arripe: grandis enim tibi restat via; haec illa dicente, Rachel virgam apprehendere credens, de lecto cecidit, et exclamavit: cuius clamore excitata matre, et quaerente clamoris causam, filiaque cautius dissimulante, mater protinus obdormivit. Et Rachel surgens, ad condictum locum presbyterum invenit. Qui laetus assumpsit eam, et venit ad monasterium, quod Parens Dominarum dicitur, distans leucam dimidiam a dicta villa, et gaudentibus cunctis, baptizavit eam, nomen Catharinae imponens, quo vocata prius erat a Christi Matre, statimque habitu Ordinis induit baptizatum. Nec mora, ut auditus pater, et amici eius, quod gestum est, conternati sunt, et per duces Dominum terrae, et per Episcopum Leodiensem, tandem per Papam Honorium laboraverunt, ut infra aetatem legitimam filia ablata parentibus redderetur. Quae si in domo parentum usque ad duodecimum aetatem perseverasset in fide suscepta, tunc iuste Christiano nomini reddi posset. Cogitabant parentes nequissimi medio hoc tempore infantilem animum facilliter inflectere posse, ut ad nativa eorum vota rediret. Horum fraudulenta conamina, pro dolor, nulli magni, et litterati viri pecunia suscepta fovebant, pro quo presbyter supra dictus non modice tribulatus, solm Christum, et non matrem eius, quae auxilium erat huius facti, multis lacrymis invocabat. Mira res, et usque in praesens cunctis saeculis inaudita; petiit a presbytero ad omnem citationem, ad iudicem se

puella deduci. Forsan, inquit, indices flecentur aetate, et ad mei placitum movebuntur. Et factum est, ut petiit. Ut enim quadam die apud Leodium venit coram Episcopo, clericis, et magnatibus diversis, advocatis, et iudicibus, tam constanti, quam veridica ratione confutatus, et movit, ut voces ululantium, et clamantium cum lacrymis prae stupore in ecclesia sancti Lamberli a locis distantissimis audirentur, ita ut omnes manifestissime discernere, et viderent, in tam exili aetate divini spiritus sapientiam praevaleat. Hinc post annos duos cessatum est a lite viris, et aliud deceptionis tendiculum praeparatum fuit. Juvenis elegantis formae Iudaeus, conductus ad hoc, venit ad monasterium supra dictum, in quo erat puella, et simulato animo baptismum suscepit, praebaturque, quaerebat, ut puellae sibi quasi cognatae suae, gratia eruditiois loqui liceret. Dicebat enim, plus super omnium sermonibus mihi cognatae verbum salubris imprimetur. Illa tamen, ut mihi retulit, interius discernerebat, fictum ad fidem juvenem accessisse, et ideo nec prece, nec pretio, nec ulla ratione flecti potuit, ut solum verbum invenire loqueretur. Haec ut viderunt Iudaei miseri, cessaverunt ab illa; juvenis autem ad vomitum est reversus. Haec poenitentia tanta gratia potiri viderimus, ut nihil ea serenius videri possit. Cumque nobilium parentes cum multa ambitione venirent videre filiae, et cognatae; haec coram imagine b. Mariae Virginis veniebat, et gratioso vultu dicebat: Aliae sorores nostrae moniales a matribus, et amicis solatum habent, et gaudium; ego autem paupercula pupilla, et indigna ad te Dominam, et cognatam meam fidenter accedo: tu sola prae omnibus mihi esto refugium, et solamen. Et a misericordissima pietatis Matre multa solamina accipiebat.

## S. CCXXIV.

Caesarius *(lib. 7. cap. 20.)* eisdem verbis: In regni Franciae villa, quae *Quido* dicitur, virgo quaedam fuit nobilis, et religiosa, sed paralytica. Huic pater suus, ut pote vir magnus, et dives, sacerdotes, qui ei divina celebrarent, instituit ministerios, amonose redditis sufficienter ordinavit: tunc cum orationibus, ieiuniis, et divinae contemplationis operam daret, ita illa tunc dulcedine est pasta, ut omnis cibis corporalis ei in nauseam vertebatur, nec aliquid ex eo sumere posset, nisi succum modicum urarum. Hospitalis erat valde, per quem et spiritum meruit prophetae. Ordinem nostrum summo honore reverebatur, et hoc ei sapientissime contigisse fertur, ut cum aliqui Monachorum, sive Abbatum, ad eius hospitium divertere proponerent, illorum adventum ipsa praesciret, atque admodum hilaris familiae praediceret. Tali, ac tali die, illi et illi Abbatem, sive Monachum ad nos venturi sunt, praeparate necessaria. Alio tempore, cum die Purificationis Dominicae nostrae, clericis, aliisque ministris divino nutu absentibus, sola iaceret, intra se tristis dicebat: Modo hic sola iaces,

nee aliquid obsequii, more Ecclesiae universalis, hodie b. Dei Genitrici impendis. Dum talia in mente volveret, spiritus eius mirabili Dei virtute de corpore eductus ab angelo intra coelestem Hierusalem est deductus: in qua maximam civitatem processionem, ex diversis eiusdem beatae vitas ordinibus, patriarchis videlicet, prophetis, apostolis, martyribus, confessoribus, ceterisque fidelibus, ex quibus bini, et bini simul incedebant, et candelas ardentem in manibus gestabant, antiphonas, sive responsoria ad diem pertinentia, more Ecclesiae militantis, omnes decantabant, stationes debitas observabant: angelus vero virginis ductor, alteri cuidam virgini, quam noverat esse consimilis meriti, illam sociavit, candelam porrigens ardentem. Tantis erat decor omnium, tanta gloria, in dispari tamen claritate singularum, ut nulla lingua fari sufficeret. Salvator vero, qui caput est omnium Sanctorum, splendor gloriae, et sol iustitiae, indutus pontificalibus, myrtam gestans in capite suo, cum baculo, chirothecis, et annulo, et reliquis Episcopalis ornamentis, novissimum locum cum Matre tenebat, cuius pulchritudinem omnis coelestis exercitus mirabatur. Qui cum post tertiam stationem inchoasset Antiphonam: *Hodie b. Virgo Maria puerum Iesum etc.* ingressi sunt templum, ex auro gemmisque constructum, deinde inceptus est missae introitus, et ab omnibus simul decantatus. Interim Christo introeunte ad altare, postquam expletum est Kyrie eleison a choris alternatim, post Gloria in excelsis Deo etc. quod ipse inchoavit, beatus Protomartyr Stephanus epistolam legit de libro Malach. proph. sanctus vero Ioannes Evangelista, Dalmatica indutus, legit Evangelium secundum Lucam, scilicet, *Postquam impleti sunt dies purgationis, etc.* quo perlecto, Dominus secundum morem Ordinis nostri, ad gradum rediit, et ab offerentibus candelas suscepit. Praedicta autem virgo, per spiritum sentiens se ad corpus reversuram, candelam suam offerre noluit, etiam angelo suo praecipiente, volens illam secum ad terras portare. Quod angelus considerans, candelam in manu eius fregit, superiorem partem auferens, et inferiorem et reliquens. Siquae ad corpus reversa, partem eandem manu conclusam se retinuisse invenit, de qua plurimae fiebant, et forte usque hodie sunt virtutes: nam aquam superfusam infirmi bibunt, et convalescunt. Tam manifesta, et sublimis erat visio, ut modum eius minime intelligeret, dicens illud Apostolicum, dum de ea interrogaretur, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit. Dominus Eustachius Abbas de Claustro visitator noster, audiens hanc visionem, quibusdam Abbatibus referentibus nobis, desiderio veritatis cognoscendae virginem principaliter adit, et ab eius ore, quae dicta sunt, audivit; haec Caesarus.

## §. CCXXV.

Ex Vitis Fratrum Praedicatorum (part. 1. cap. 7) eisdem verbis: In territorio Amonensi super fluvium Rodanum situm est claustrum nobile Tarasconis, ubi b. Mariba, Cisterci hospita venerabiliter requiescit. In hoc claustrum, hospita fratrum mater Domini Olfani militis, devotissime Deo, et Ordini fuit, cui quod sequitur revelatum est: sicut ex litteris venerabilis viri, et honesti Domini Guidonis Fulcodii, qui post Podiensis Episcopus factus est, clare patet in hunc modum. Viris religiosi Patribus et Dominis, Priori, et Fratibus Praedicatoribus in monte Pessulano, Guido Fulcodii salutem, et pacem. Instante nuper festo Pentecostes, cum Ordinis vestri generale capitulum apud nos celebrandum occurreret, soror mea quondam Domina Maria de Tarascone, sanctorum congregationem tam celebrem, quam iucundam videre desiderans, per quindecim dies ante festum in villam s. Egidii, nos, et proximos visitatura, descendit. Cumque a pluribus matronis visitaretur, quae suis aedificabantur alloquiis, et exemplis, coepit a nonnullis earum anxie sciscitari, quales orationem Dominicam devotissime dicerent. Matremque Domini salutarent; et ut fratris in capitulo congregati, suum Dominum mitteret spiritum, Martore misericordiae eos sua gratia visitaret, a singulis earum quoad poterat orationem extorsit. Laudanda certe sanctae mulieris devotio, sed magis admiranda prudentia. Minus quidem sibi sufficere indicans, quod iuxta patrimonii vires Fratrum plurimorum necessitatibus temporaria subsidium porrigebat, novo, sed laudabili quaestus genere, satis, ut arbitrator, honeste mendicans, spiritualis alimoniae beneficia corroborabat, impossibile reputans ab eo preces plurimorum non exaudiri, qui fidelis in omnibus verbis suis se suorum congregationi fidelium affaturum promittit, et multiplicatis intercessionibus, thesauros viscerum saepe pietatis. Sane ad montem Pessulanum veniens cum sorore, cum in die festo tantae solemnitatis officium celebraretur in ecclesia nostra, et ipsa prostrata, orationi tota incumbere iuxta morem, coepit instantissime deprecari Dominum, ut tot Fratres in suo nomine congregatos respiciens, quorum multi per tot terrarum spatia laboraverant, eos sui spiritus lumine perlustraret, et si merita dearent aliquorum, ipse de suae gratiae plenitudine, nec non et aliorum meritis, defectum illorum misericorditer suppleret. Cum igitur hoc in animo volveret, impetrite petens, et nihil haesitans, hymnum: *Veni creator spiritus*, inchoante cantore, vidit flammam descendere de superius, quae chorum usque ad consummationem involveret. Cumque rem visam considerasset, cum gaudio, nemini suam visionem dicens, nec suis ascribens meritis, gratias egit Deo, qui sicut primos hominum visitaverat piscatores, sic etiam suae beneficia largitus ad nostri temporis Praedicatorum extendit. Porro cum ad eandem ecclesiam adiectioni completorii causa, redisset, et Fratres illum dulcem an-

tiphonam: Salve Regina, cantarent; Regina Virginum apparuit visibiliter, monens, ut ab eius pedibus non recederet. Vidit ergo ipsam chori utraque partem lustrantem singulis reclinare recantantibus, et iuxta ceterofarios gradum sidere usque ad finem orationis. Dehinc in coelum rediens, eam affectibus secum duxit: quae sibi humilita, tantae gestu dulcedinis recreata, gratias humiliter relulit, in corde suo confersis universa: nam et per triduum in singulis completoriis hanc habuit visionem. Ceterum, nec sorori, nec aliis seriem facti aperiens, tanquam mulier sensata, et tacita, clausa tenuit omnia, quae vidit, donec agritudine vehementi contracta, mortem, quam diu salva divini consilii dispositione optaverat, imminere praesentit. Tunc vero mihi primum, dehinc sorori, et filio, post Priori nostro Arelatensi, et tribus Fratribus cuncta per ordinem enarraui. Eodem tempore dicta Domina defuncta est, et in coemeterio Fratrum Arelati sepulta, quia Fratres conventum in Tarascone nondum habebant.

## §. CCXXVI.

Thomas Cantiprat. (append. ex 1. lib.) brevis id tangit, Pelbartus (lib. 3. part. 1. art. 2. cap. 3), Stellaris asserit, haec mira se reperisse in Bibliotheca Budensi: Tempore b. Bonifacii Papae, qui, ut in Ecclesiasticis historiis legitur, a Phoca Imperatore precibus eximio obtinuit, quatenus templum Romuli, quod ab antiquis Romanorum, Graece Pantheon vocabatur, sanctae Dei Ecclesiae quasi ad supplementum religionis adderet, in honorem b. semper Virginis, ac simul omnium sanctorum dedicando consecraret, facta est in urbe Roma seditio inter Iudaeos, atque Catholicos non modica: impugnabant quippe Iudaei toto vesania impetu fidem incarnationis Christi, asserentes, et Virginem Mariam de semine Ioseph, cui desponsata erat, non de Spiritu sancto concepisse Christum, et generasse, adicientes iuxta impiissimam haeresim Graecorum, omnibus modis impossibile fore, Virginem contra naturam parere posse. Cumque diutius apud Romanos haec altercatio haberetur, et iam Christiani ferventissimo fidei zelo profanos Iudaeos, nisi cito resipiscerent, et ad baptismi gratiam convolverent, ex urbe propellere vellent; erat quidam eiusdem Romanae urbis civis coecus natus, sed tamen christianis litteris apprime imbutus: is namque quodam die eodem christianitatis fervore succensus, verbo veritatis conflicturus, aggressus est Iudaeos, et tanta illos redarguit constantia, ut pene omnes invenirentur victi, et ut falsos testes decuit, e-lingues. Ad ultimum vero Iudaei ad probra conversi, et convitia stomachando valde coeperunt impropere, dicentes: Tu cum sis homo peccator, et in peccatis totus natus, quomodo aus es fidem Christianorum defendere, et nos ad pugnam lacessere? Nonne liquido patet Christum tuum adeo impotentem esse, ut non posses etiam tibi lumina reformare?

Ad haec coecus: Expectate, inquit, triduo, et videbitis me, et magnalia Dei. Erat autem post triduum veneranda solemnitas purificationis sanctae Mariae, quam Graeci Hypocati vocant, quae est 4. Nonas Februarii, et necesse erat, ut eadem sacrosancta festivitas apud praefatam ecclesiam s. Mariae Virginis ab omni Clero Romano eodem anno celebrari debuisse, quae tantummodo singulis annis apud sanctam Mariam Maiorem fit. Quo audito, Iudaei indigne tulerunt, et subridendo dixerunt: Certe Christus tuus, quem Patres nostri crucifixerunt, non potest tibi oculos reddere, qui non potuit semetipsum de periculo mortis liberare. Attamen si in praesentia nostra te illuminaverit, pro certo nos omnes credemus in illum, et tunc liquide constabit, quod ipse est Filius Dei, et non sit alius Salvator mundi. Eo autem pacto annuere placet, ut si quis in Christum non crederet, hoc viso miraculo, omnium rerum suarum proscriptionem patiatur, et iniuriis maximis, utpote maiestatis reus, de Urbe eiciatur. His diebus, recesserunt Iudaei unusquisque in sua. Coecus vero elanculo se perducit fecit ad Dominum suum Bonifacium, et indicavit ei pactum et conditionem Iudaeorum super fide Christianorum. Quibus Papa auditis, plus solito laetus, atque sub eodem momento omnibus mandavit Iudaeis, quatenus sine dubio praefatas solemnitates unanimiter occurrerent. Adventum autem festivitatis illa magna, totusque Romanorum clerus apud praefatam ecclesiam ex more pervigiliter celebraturus excubans, congregatus est: similiter Iudaeorum conventus non modicus habebatur immixtus. Ductus est autem coecus ille in medium, plenus fide et spiritu sapientiae, nihil haesitans de propositis; dumque ab omnibus fidelibus nocturni ibidem caneretur hymni, et iam octava libet recitata fuisset, coecus ante altare Matris Domini perducit se rogavit, ibidemque baculo sustentatus, canere coepit quoddam responsorium, scilicet, *Gaude Maria, etc.* quod sibi ante biduum, quia musicae artis gnarus fuerat, composuerat, in quo tam vivaciter Iudaeorum errorem convulsit, ut sub oculis omnium qui aderant, completo versus eiusdem responsorii, vera lux, qui est Christus, Genitricis suae intervenit, cuius virginitalis integritas eodem cantu defensa est, lumen ei oculorum clarissimum reddidit, qui eius mentem primus fide Catholica illuminavit. Quo viso a cunctis miraculo, ab omnibus Christianis illico Gloria in excelsis Deo canitur, et exultatio spiritualis habetur. Iudaei vero ad quingentos viros statim ad baptismi convolarunt gratiam, reliqui fuga lapsi, in urbe Roma visi ultra non sunt: unde placuit sanctae Romanae ecclesiae, ut idem responsorium in eadem festivitate octavam locum perpetuo obtinere debuisset, quatenus memorabile miraculum fidelium cordibus omni tempore ad laudem Christi ferventius semper inhaerere potuisset, ipso praesente, qui regnat in saecula saeculorum. Amen.